

Titulus XIII.

De eo qui cognovit consanguineam uxoris suæ vel sponsæ.

pag. 134—137.

1. Duplex cognatio naturalis, affinitas et consanguinitas.
2. Affinitas quid?
3. Hoc titulo, de affinitate ex copula illicita.
4. Olim extendebatur usque ad quartum gradum inclusive.
5. Tridentinum limitavit ad secundum; irritat matrimonium subsequens.
6. Rumpit sponsalia præcedentia.
7. Si matrimonio subsequatur, aufert adultero jus petendi.
8. Olim et impediabat novum matrimonium, primo soluto.
9. Deinde hæc pœna ponebatur ut conditio, concedendo dispensationem ad petendum debitum.

Titulus XIV.

De consanguinitate et affinitate.

pag. 137—145.

I. De consanguinitate.

1. Differt conceptus consanguinitatis qui habetur in jure civili, ab eo juris canonici.
2. Definitio canonica.
3. Stipes.
4. Gradus-Linea; recta et obliqua.
5. Descendentalis et ascendentalis.
6. Obliqua æqualis et inæqualis.
7. Graduum computatio in linea recta.
8. Item in linea obliqua.
9. In linea recta dirimit in infinitum.
10. In linea collateralis usque ad quartum gradum inclusive.
11. In 2º, 3º, et 4º gradu inter collaterales dirimit mero jure ecclesiastico.
12. In 1º gradu non dirimit mero jure ecclesiastico.
13. Et melius de jure divino positivo, quam de rigoroso jure naturæ.

II. De affinitate.

14. Affinitas quid?
15. Ex copula licita vel illicita; de illa hoc titulo.
16. Vir et uxor non sunt affines, sed principia affinitatis.
17. Eodem gradu et linea quo quis est consanguineus alicujus conjugis, fit affinis alterius.
18. Ante Lateranense IV^m, triplex genus affinitatis.
19. Exemplum.
20. Item oriebatur affinitas inter filios mulieris ex præcedenti matrimonio cum filiis viri, natis ex præcedenti matrimonio.
21. Nunc consistit matrimonium inter vitricum et uxorem privigni.
22. Affinitas ex copula licita, porrigitur ad 4^m gradum inclusive.
23. Ex matrimonii mere civilis consummatione, non oritur affinitas usque ad 4^m gradum.
24. Ab Ecclesia enim habetur ut merus concubinatus, absque figura matrimonii.
25. Affinitas contemplata in Lege Moisaica, nunc non viget jure divino.
26. In linea obliqua est semper juris ecclesiastici.
27. Quoad 1^m gradum lineæ rectæ quidam putaverunt esse de jure naturali, ex instinctu omnium gentium, et ex S. Paulo Iº ad Cor. V.
28. Vel saltem de jure divino positivo.
29. Sed melius repetenda ex jure ecclesiastico, cum æque oriatur affinitas ex copula illicita, in qua ecclesia dispensat.
30. Non autem putat opportunum dispensare cum est ex copula licita.
31. Relatio inter vitricum et uxorem privigni, et inter privignum et novercam est fictio legalis.
32. Jus gentium probat tantum maximam rei convenientiam.

33. Textus Paulinus videtur intelligendus de noverca cognita vivente patre.

Titulus XV.

De frigidis et maleficiatis et de impotentia coëundi. p. 145—160.

1. Impotentia quid?
2. Naturalis et extrinseca.
3. Perpetua et temporanea.
4. Absoluta et relativa.
5. Antecedens et consequens.
6. Impotentia antecedens et perpetua dirimit matrimonium.
7. Quidam dixerunt dirimere tantum ex jure humano, cum 1º salvi sint alii fines matrimonii.
8. 2º. Idem deducunt ex cap. 4. h. t.
9. 3º. Confirmant ex matrimonio eunuchorum, quod olim permittebatur.
10. Sed melius, negandum est, cum attendendus sit finis principalis, et non secundarii.
11. Solvitur argumentum ex cap. 4. h. t.
12. Antiquitus præscribebatur impotentibus cohabitatio ut sororis et fratris, ex prudentia.
13. Sed postea ad peccata præcavenda, soluta est talium unio.
14. Celestinus III. dedit optionem.
15. Inter eunuchos permittebatur simulacrum matrimonii.
16. Sed ad peccata præcavenda, fuit postea vetitum.
17. Quomodo in praxi expedienda sit quæstio impotentia.
18. Conjux impotens tantum relative, potest aliud inire connubium.
19. In dubio, concedebatur triennale experimentum.
20. Benedictus XIV. Const. Dei miseratione, normam servandam assignavit.
21. Ex Trid. Concilio, cognitio causarum matrimonialium in prima instantia, reservatur episcopo.
22. Sede vacante, procedit Vicarius capitularis.
23. Adsignandus defensor vinculi ex officio.
24. Novum conjugium non permittitur, nisi saltem duæ sententiæ conformes habeantur.
25. Et quovis tempore appareat Ecclesia decepta, primum matrimonium reintegrandum est.
26. Instructio S. C. C., 22. Augusti 1840, super processu in causis matrimonialibus.
27. Acta conficienda lingua latina, exceptis quibusdam.
28. Causa judicanda ab Episcopo vel a speciali delegato.
29. Instantia conjugis actoris scripto exhibenda.
30. Defensor vinculi juramentum præstet; semper intimandus; omnia acta ei ostendenda; semper audiendus.
31. Defensor stata die, dat interrogatoria clausa et obsignata.
32. Defertur conjugi juramentum de veritate dicenda.
33. Responsiones scribendæ.
34. Relegendæ et subscribendæ.
35. Conjux citatus, potest ante publicationem processus, proponere articulos alteri conjugi.
36. Eadem methodo interrogatur alter conjux.
37. Deinde fit examen septimæ manus, indicatæ ab actore.
38. Similiter septimæ manus productæ a reo.
39. Nec non audiuntur alii testes producti sive a partibus sive a defensore vinculi.
40. Distantes interrogantur ab Episcopo loci in quo sunt.
41. Interrogationes præcipuæ faciendæ.
42. Speciatim si querela sit de impotentia, procedendum ad inspectionem.

43. Judex eligit inter peritos indicatos, et in defectu destinat ex officio, dummodo non sint legitime suspecti.
44. Virum inspiciunt singuli periti separatim.
45. Peracta relatione, defensor proponit interrogatoria clausa et obsignata.
46. Quoad inspectionem mulieris, eliguntur tres obstetrices, instruendæ a medico et a chirurgo, quæ seorsim cum matrona procedant.
47. Facta inspectione, interrogantur seorsim.
48. Et peritorum exquiritur judicium, audita relatione inspectionis.
49. Publicato processu, locus fit defensionibus partium.
50. Si sententia sit pro nullitate, defensor vinculi debet appellare.
51. Experimentum triennale non amplius in usu est.
52. Si constat de non-consummatione matrimonii, legitimis existentibus causis, petitur dissolutio matrimonii rati.
53. Neque reintegratur matrimonium, si post dispensationem, appareat potentia, dummodo non fuerit consummatum.
54. Causæ dispensandi.

Titulus XVI.

De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ.

pag. 160—163.

1. Sub nomine interdicti Ecclesiæ, lato sensu veniunt omnia impedimenta tantum impedientia.
2. Enumerantur hæc antiqua impedimenta.
3. Quæ nunc vigeant.
4. Pontifex valet et impedimentum dirimens apponere in casibus particularibus, sed Episcopus potest tantum impedire.

5. Etiam Parochus, sed extrajudicialiter, et proinde absque pœnis.
6. Pœnæ imponuntur ab Episcopo, ejus arbitrio.
7. Quid fuerit impedimentum catechismi 1^o. ad modum compaternitatis.
8. 2^o. Ob defectum rudimentorum fidei.
9. Delicta quæ olim constituiebant impedimentum impediens; 1^o. incestus.
10. II^o. Raptus.
11. III^o. Uxoridium.
12. IV^o. Susceptio propriæ prolis, absque necessitate.
13. V^o. Mors presbyteralis.
14. VI^o. Solemnis pœnitentia.
15. VII^o. attentatio matrimonii cum moniali.

Titulus XVII.

Qui filii sint legitimi. pag. 163—168.

1. In hoc titulo, legitimus est quem justæ nuptiæ demonstrant.
2. Sed est mera præsumptio juris.
3. Favore matrimonii habentur ut legitimi et nati ex matrimonio nullo, si alteruter saltem conjux erat in bona fide.
4. Dummodo spretæ non fuerint ecclesiasticæ solemnitates.
5. Illegitimorum plures species; 1^o. quidam dicuntur naturales.
6. 2^o. Alii spurii, quorum plures species jure canonico.
7. Illegitimitas est macula mere juridica seu socialis.
8. Aufertur 1^o. per subsequens matrimonium, quoad filios naturales præhabitos.
9. Probabilius et ex matrimonio mere putativo.
10. Sed jure civili sic legitimati possunt excludi a quibusdam honoribus vel juribus.
11. Sicut jure canonico excluduntur a cardinalatu.

12. 2^o. Tollitur illegitimitas per rescriptum principis ecclesiastici quoad jura ecclesiastica, et civilis quoad civilia.
13. Rescriptum Pontificis aliquando indirecte juvat et civiliter.
14. Sed non viceversa.
15. Legitimitas per Rescriptum potest limitationes apponere.
16. 3^{us}. modus est dispensatio.
17. Canonicatus Patriarchalium urbis, requirunt specialem dispensationem.
18. Episcopus dispensat tantum quoad ordines minores recipiendos et beneficia simplicia.
19. 4^{us}. modus est professio religiosa, pro presbyteratu suscipiendo.

Titulus XVIII.

Qui matrimonium accusare possunt vel contra illud testificari.

pag. 168—172.

Quæstio 1^a. Quinam possint accusare.

1. Regulariter omnes possunt accusare, immo tenentur.
2. Excipe 1^o. impedimentum impotentiae ad matrimonium dissolvendum.
3. 2^o. Repelluntur qui accusant quæstus causa.
4. 3^o. Qui dolose omiserunt accusare ante celebrationem.
5. Accusatio proponi debet personaliter.
6. Numquam perimitur actio hæc, viventibus conjugibus.

Quæstio 2^a. Quinam possint testificari.

7. Omnes non suspecti possunt testificari in causa conjugii.
8. Sed difficile attenditur testimonium ipsorum conjugum.

Quæstio 3^a. Quis sit judex competens in causis matrimonialibus.

9. Causæ matrimoniales possunt 1^o. respicere ipsum vinculum; tunc sunt exclusive ecclesiasticæ.

Santi, IV. Decr.

10. Et quidem cognoscendæ in tribunali episcopi, et non inferioris prælati.
11. 2^o. Causæ quæ connectuntur cum vinculo, sunt pariter exclusive ecclesiasticæ, ut legitimitas natalium.
12. 3^o. Causæ de juribus civilibus conjugum, ut de dote, si directe tractentur, sunt fori laici.
13. Sed incidentaliter poterunt videri et in foro ecclesiastico.
14. Sed causa spiritualis neque incidentaliter cognosci potest in foro sæculari.
15. Nisi agatur de nudo facto.
16. 4^o. Causæ de criminibus contra matrimonium sunt mixti fori; sed ad vindictam cognoscit Judex laicus.

Titulus XIX.

De divortiis. p. 172—189.

1. Divortium duplex, plenum et semiplenum.

De divortio pleno, seu quoad vinculum, et 1^o. cum matrimonium consummatum est.

2. Matrimonium consummatum inter fideles est absolute indissolubile.
3. Matrimonium inter infideles est jure naturæ normaliter indissolubile.
4. Sed non absolute, jure mero naturæ.
5. Hinc et Deus permisit Hebræis dare libellum repudii.
6. Et ob privilegium fidei dissolvitur et in N. Testamento, de quo infra.
7. Sed ex primitiva lege Dei positiva fuit indissolubile.
8. Ob privilegium fidei potest conversus transire ad alias nuptias cum fidei, si conjux ejus interpellatus nolit converti nec pacifice cohabitare absque periculo peccati.
9. Sed solvitur primum conjugium tunc tantum cum conversus init novum conjugium.
10. Conc. Toletanum in Hispania si conjux infidelis nolisset converti,

16

- ex generali præsumptione quod nollet pacifice cohabitare absque Creatoris contumelia, non exigebat de hoc specialem interpellationem.
11. Si interpellatio fieri nequeat, quidam putabant fidelem transire posse ad alias nuptias.
 12. Sed S. C. C. adhæsit requirentibus dispensationem Pontificis, et facultates opportuna dantur missionariis.
 13. Matrimonium non dissolvitur si pars infidelis tantum transeat ad alias nuptias.
 14. Si pars fidelis, profiteatur religionem solemniter, et postea convertatur et alter conjux, et matrimonium fuerit jam consummatum, non solvitur.
 15. Si dispensatis interpellationibus, vir et uxor ignorantes communem conversionem ad fidem, alteri fideli nubant, non reintegratur primum matrimonium, sed valet secundum.
 16. Ita Summi Pontifices, S. Pius V. et Gregorius XIII.
 17. Et quidem nonnulli Canonistæ putaverunt posse Summum Pontificem dissolvere matrimonium infidelium etiam consummatum.
 18. Sed melius negatur.
 19. Et dicendum posse tantum dispensare ex justa causa, ab interpellationibus; quo facto, subsistit novum matrimonium.
 20. Et ratio est favor fidei, ne conjux conversus, ex impossibilitate aut magna difficultate faciendi interpellationes ponatur in coacta continentia.
 21. Si infidelis habeat plures uxores, vel repudiaverit primam et aliam duxerit, vera uxor est unice prima.
 22. Etsi enim, ethnicis habeatur indirecte extensum privilegium repudii et polygamiae ob dispensationem datam Hebræis, utrumque tamen a Christo prohibitum est.
 23. Hinc vir conversus tenetur interpellare tantum primam uxorem.
 24. Hinc si prima nolit, potest sed non tenetur ducere secundam.
 25. Et S. Pius V. concessit retinere eam quæ cum viro converteretur etsi non esset prima, quin hæc interpellaretur an vellet pacifice cohabitare.
 26. Ex quo rursus nonnulli intulerunt, Pontificem posse solvere matrimonium infidelium consummatum.
 27. Sed melius dicendum, tantum dispensasse ab interpellatione primæ uxoris, quando certa est conversio alterius, in favorem fidei.
 28. Si inter infideles conjuges, adsit impedimentum juris divini, dissolvendum est conjugium; secus si tantum juris ecclesiastici.
- De divortio pleno in matrimonio rato et non consummato, inter fideles.
29. Est de se indissolubile sed minus firmum.
 30. Quia non plene significat unionem Christi cum Ecclesia.
 31. Solvitur 1º. per professionem solemnem in religione approbata.
 32. 2º. Per dispensationem Summi Pontificis.
 33. Id Pontificem posse deducitur non modo ex facto certo, sed ex paritate cum solutione, causa professionis religiosæ.
 34. Ratio autem intrinseca, est non plena firmitas talis matrimonii.
 35. Detecta nullitate matrimonii, nequeunt conjuges ab eo recedere, auctoritate privata.
 36. Neque tamen valent petere aut reddere debitum conjugale.
 37. Requiritur plenæ probationes ut dissolvatur matrimonium.

De divortio semi-pleno et Iº. de temporaneo.

38. Consistit in separatione quoad thorum et cohabitationem.
 39. Iº. haberi potest ex mutuo consensu.
 40. IIº. altero dissentiente; et 1º. temporaneo.
 41. a) ex alterius lapsu in hæresim, schisma vel apostasiam,
 42. b) ex periculo animæ,
 43. c) ex periculo corporis, 1º. ex minis et sævitiis,
 44. Quod valet et pro viro,
 45. d) ex periculo corporis 2º. ob morbum.
- IIº. De divortio semipleno perpetuo, seu causa adulterii.
46. Oportet sit 1º. formale.
 47. 2º. Absque alterius participatione.
 48. 3º. Non remissum.
 49. Quod et tacite haberi potest.
 50. Sed si adulterium sit habituale, non est indulgendum.
 51. Nec credendum factæ pœnitentiæ.
 52. 4º. Non compensatum.
 53. Etsi non simultaneum, dummodo ante sententiam.
 54. Si post sententiam, quidam negarunt, primum adulterium posse exigere restaurationem cohabitationis.
 55. Sed melius affirmatur.
 56. Sed requirat aliam sententiam.
 57. Si adulterium sit notorium, licet cedere auctoritate propria; e contra in occulto.
 58. Causa pleni divortii, jure decretalium, tractabatur de plano.
 59. Sed Benedictus XIV. et SS. CC. quædam determinaverunt.
 60. Causa divortii semipleni est ordinaria.
 61. Quoad alendos et educandos filios antea natos, servandum jus civile.
 62. Neoethnici defendunt divortium plenum, ut minus malum.

63. Sed errant, et obstat lex divina.
64. Consule Encyclicam, Arcanum divinæ consilium, Leonis PP. XIII. 10. Febr. 1880.

Titulus XX.

De donationibus inter virum et uxorem, et dote post divortium restituenda. pag. 189—192.

I. De donationibus.

1. Donatio quid? — propter causam — remuneratoria.
2. Interdicitur donatio inter virum et uxorem constante matrimonio.
3. Rationes hujus prohibitionis, duæ.
4. Exceptiones 1º. de parvis donationibus; 2º. de rebus futuris; 3º. ob uxoris ornatum; 4º. ob augmentum honorum vel munerum viri.
5. 5º. Mortis causa.
6. Sed non revocatæ ante mortem, firmantur, etsi de cetero invalidæ.
7. Item firmantur juramento de non revocando.

II. De dote.

8. Quid et quotuplex.
9. Jura mariti in dotem.
10. Bona extradotalia uxoris et paraphernalia.
11. Donatio propter nuptias seu contrados.
12. Sponsalitia largitas.

III. De restitutione dotis.

13. Iº. Ex divortio pleno.
14. IIº. Ex morte alterutrius.
15. IIIº. Ex divortio semipleno utriusque consensu.
16. IVº. Alterutrius crimine.

Titulus XXI.

De secundis nuptiis.

pag. 192—202.

1. Secundæ nuptiæ quamvis licitæ, tamen minus honorabiles.

2. Et non benedicebantur.
3. Sed ex consuetudine obtinere potest ut benedicantur, si mulier tunc primo nubat.
4. Lege romana interdicebantur novæ nuptiæ mulieri intra annum luctus.
5. Sed jus canonicum id non attendit.
6. Quid de secundo matrimonio inito, extante tantum dubio, de morte primi conjugis?
7. Quomodo certo constare possit de morte primi conjugis.
8. Documenta oportet sint authentica et nota.

Instructio S. U. Inquisitionis jussu Clementis X. Ordinariis locorum aliisque præscripta, qua utantur ad legitime cognoscendum admittendumque statum liberum eorum qui matrimonium contrahere velint.

9. Gravitas hujus materiæ.
10. Juramentum testium.
11. Interrogationes.
12. Quando contrahentes sunt exteri, seu alienæ diœcesis.
13. Quando sunt cives.
14. Quando asserunt conjugem esse præmortuum.
15. De contrahentibus vagis.
16. Documenta sint authentica.
17. Quinam testes præferendi.
18. Officialis assistens his interrogationibus.

Instructio S. C. Inquisitionis ad probandum obitum alicujus conjugis.

19. Materiæ gravitas.
20. Non semper possunt haberi plenæ probationes.
21. Sola absentia non sufficit.
22. Ante omnia inquirenda documenta authentica.
23. Secus duo testes de scientia.
24. Aliquando admittitur et unus testis.
25. Aliquando et testes de auditu.

26. His deficientibus, recurritur ad præsumptiones, et indicia.
27. Describuntur præcipua tunc attendenda.
28. Fama.
29. Ephemerides.
30. Omnia subjiciantur pluribus theologis et juris peritis.
31. Dubio adhuc extante, transmittantur acta ad S. Sedem.

Instructio Secretariæ status ad omnes Ordinarios, de dispensationibus super impedimento mixtæ religionis.

N. B. Hæc instructio ad rem facit ad finem tituli primi, ubi de matrimoniis mixtis.

32. Rationes ob quas prohibentur matrimonia mixta.
33. Dispensat tantum S. Sedes, sub debitis conditionibus.
34. Non sunt celebranda in loco et ritu sacro.
35. Præscribitur formula dispensandi communis.
36. Ad mala graviora vitanda tolerari potest locus et ritus sacer, exclusa missa.
37. Antiquiora Pontificum documenta renovantur, de hac re.

Appendix.

pag. 207—225.

De dispensationibus in impedimentis matrimonii.

1. Quid dispensatio.
2. Est odiosa in jure.
3. Datur ab habente jurisdictionem; et 1º. a Papa et a Concilio Generali pro utroque foro.
4. Sed in occultis S. Pœnitentiaria dispensat tantum pro foro interno.
5. Episcopus auctoritate propria dispensat tantum in interdicto Ecclesiæ, a se vel a Parocho, lato.

6. Sed ex delegatione dispensat et in reliquis.
 7. 1º. Ex delegatione expressa.
 8. Et indultum ei concessum, habet favorem juris.
 9. Sed nequit extendi de genere ad genus, nec a gradu simplici ad mixtos.
 10. 2º. Ex tacita delegatione.
 11. 3º. Ex præsumpta.
 12. Exemplificatur.
 13. Auctoritas Benedicti XIV., quando matrimonium est jam contractum.
 14. Sed sex verificari debent.
 15. Et quidem valet pro solo foro interno.
 16. Quando impedimentum sit occultum.
 17. Non modo numerus sed et qualitas personarum est attendenda.
 18. Et oportet sit occultum etiam materialiter.
- De dispensationibus quæ a S. Sede conceduntur.
19. Dataria concedebat pro omnibus publicis impedimentis, et forma publica.
 20. E contra Pœnitentiaria, pro occultis forma secreta.
 21. Hinc si matrimonium revalidetur in forma publica, renovandus est consensus in forma Tridentini; secus si in forma secreta.
 22. Sed hodie et Pœnitentiaria dispensat in impedimentis publicis pro pauperibus.
 23. Quid si fingant oratores se esse pauperes?
 24. Cœpit S. Pœnitentiaria dispensare in publicis, sub finem sæculi elapsi, quando Dataria erat clausa.
 25. Restituta Dataria, conceduntur singulis Pœnitentiariis majoribus, facultates pro pauperibus.
 26. Si oratores dolo decipiant Ecclesiam, irrita est dispensatio.
 27. Sed si absque dolo, dispensatur tamquam cum pauperibus, a Dataria, quando non sunt, valet dispensatio.
 28. Non item si dispensatio concedatur a Pœnitentiario majore.
 29. Neque juvat de paupertate testari Episcopum.
 30. Et ita se habet praxis S. Pœnitentiariæ, quæ cognito errore, impetrat a Papa corroborationem vel sanationem in radice.
 31. Quæ praxis confirmata est a S. C. C.
 32. Sed valet dispensatio quando ipse Pontifex dispensat per organum S. Pœnitentiariæ.
 33. Quænam exponenda sint in petitione dispensationis.
 34. Veritas precum sufficit verificetur tempore executionis.
 35. Si ex pluribus causis bona fide expositis, eæ tantum sint veræ quæ insufficientes, non valet dispensatio.
 36. E contra valet, si veræ sint sufficientes.
 37. Exponenda de stylo Curia 1º. omnia impedimenta exponenda eodem supplicii libello.
 38. Neque excusat ignorantia.
 39. Hinc reiteranda dispensatio a primo impedimento si aliud novum postea detegatur.
 40. Quid servandum quando unum impedimentum est publicum et aliud secretum?
 41. 2º. Ante decretum S. O. 25. Junii 1885 exprimenda erat copula incestuosa, et an admissa ad facilius dispensationem impetrandam.
 42. 3º. An matrimonium nulliter contractum, in initum sit præmissis publicationibus, et bona fide, aut consummatum ad facilius impetrandam dispensationem.
 43. 4º. An impedimentum sit ex duplici stipite.

44. 5°. Et quamvis ab uno stipite, an alter oratorum sit ab eo descendens primo gradu.
45. Immo ex praxi, inæqualitas graduum semper manifestanda.
- De Executione Literarum Apostolicarum dispensationum matrimonialium.
46. Nunc Papa solet dispensare in forma commissoria.
47. Tridentinum statuit executionem committendam ordinariis.
48. Delegatio fit dignitati, non personæ.
49. Diversi modi quibus datur delegatio.
50. Vicarius Capitularis non succedit delegationi factæ Episcopo aut Vicario Generali.
51. Olim Sede vacante, delegabatur Episcopus vicinior; nunc Vicarius Capitularis.
52. Vicarius Generalis succedit delegationi factæ Ordinario.
53. Delegatus nequit uti delegatione, nisi ei literis exhibitis.
54. Delegatus ad nudum ministerium, nequit subdelegare executionem, sed tantum actus ordinarios executionis.
55. Servandus tenor delegationis.
56. Executio danda gratis; sed Notarius sive Cancellarius potest modicam taxam exigere.
57. Neque admissa fuit contraria consuetudo etsi immemorialis.
- De Sanatione in Radice.
58. Ejus definitio.
59. Differt ab ordinaria dispensatione.
60. Clemens V. ea usus est in materia beneficiaria.
61. Et Bonifacius VIII. ea usus erat et in materia matrimoniali.
62. Requisita.
63. Quando soleat concedi.
64. Etiam ex officio peti potest.
65. In impedimento vere occulto, datur tantum pro foro interno, secus in forma authentica.
66. Passim datur pro matrimonio mere civili.
67. Conceditur favore prolis, etiam alterutro vel utroque pseudo-conjuge defuncto.

Index titulorum.

Titulus.	Pag.
I. De Sponsalibus et Matrimonio	5
De Sponsalibus	6
De effectibus Sponsalium	13
De Dissolutione Sponsalium	17
De Matrimonio	22
I°. De potestate Ecclesiæ in causis matrimonialibus	33
II°. De potestate Ecclesiæ constituendi impedimenta præsertim matrimonium dirimentia	34
De impedimentis impediens	39
De impedimentis dirimentibus	40
1°. De impedimento erroris	41
2°. De impedimento vis et metus	42
3°. De impedimento raptus	45
4°. De impedimento cultus disparitatis	51
De matrimoniis mixtis	53
II. De desponsatione impuberum	55
De sponsalibus impuberum	—
De matrimoniis impuberum	57
III. De clandestina desponsatione	59
I°. De denunciationibus quæ matrimonio præmittuntur	—
De matrimonio conscientia	64
II°. De forma substantiali contractus matrimonialis	66
De Parocho proprio in matrimonio	77
De matrimonio vagorum	82
De qualitate proprii Parochi	83
IV. De sponsa duorum	86
V. De conditionibus appositis in desponsatione vel in aliis contractibus	100
De conditionibus honestis et possibilibus	102
De conditionibus appositis in sponsalibus	107
Modus, demonstratio, causa	111
VI. Qui clerici vel voventes matrimonium contrahere possunt	112
I°. De Clericis	—
II°. De Voto	112
VII. De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium	118
VIII. De conjugio leprosororum	122
IX. De conjugio servorum	123
X. De natis ex libero ventre	125
XI. De cognatione spirituali	125
XII. De cognatione legali	129